ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 11r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quando ponebam fundamenta terrae; Et pau
lo post: cum me laudarent astra matutina, & iu
bilarent omnes filii dei; Et quibus uni dr: quomodo
cecidisti de caelo & rt; Si adhuc in celo erat po
situs: quomodo dic: In celum conscendam: Sed
quia legimus caelum caeli dno, cum est in celo,
id est, in firmamento; In caelum, ubi soliu dei erat,
cupiebat ascendere: seu sic diximus superius:
aut ipsa angelica dignitas: aut ipsa Informis
materia caelum intellegitur.

ET TENEBRE ERANT SUPER FACIEM ABYSSI.

Abyssi nominae illa Informis materia accipi
tur: eo quod obscura erat & profunda; Ait
enim & tenebre & reliqua; Quare ergo nomi
nantur tenebrae: cum superius non commemorantur
creatae; Ergo si conditae non sunt, nunquid & nec sunt.
Absit; Sed sciendum est, quia tenebrae non est res
substantialis: sed propriae nominantur tene
brae absentia lucis; Sic enim silentium non est
substantia: sed absentia uocis, Et nuditas nihil
est aliud nisi absentia tegumenti & cetera ta
lia, Sic quippe tenebrae est ipsa priuatio lu
cis & non aliquid sunt, sed ubi lux non est tenebrae